UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De recidivo, §. 4

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

§. 4.

De Recidivo.

10 DVbium eſt, an qui ſæpius abſolutus, tamen ſive propter occaſionem proximam, qu am tollere non poteſt ſive propter aliud, iterum iterumque relabitur, nec in eo ulla correctio reperitur; cogendus ſit ſubire illud detrimentum, & relinquere occaſionem. Nonnulli a affirmant cogendum eſſe illud detrimentum ſubire: ſed ſane probabile etiam eſt non eſſe cogendum, b & poſſe abſolvi. Ratio eſt, quia ſi potuit prima vice abſolvi; poterit, & ſecunda, patet conſequentia, ſi quidem jam adeſt dolor, & propoſitum ſufficiens, ut ſupponimus, etiam in ſecunda.

11 Quoad recidivos, abſtrahendo ab occaſione proxima, ſci-

a *Suarez, Reginal. Graph. Navar. apud De Lug. mox citand.*

b *Vivald. Jo. Sanc. apud De Lug. ip ſeq; De Lugo d. 14. de pœn. ſect. 10. à n. 156.*

ſcandalo ; placet quod docet Laymanc nimirum : qui eſt recidivus, ſi affert aliquod ſignum emendationis , eſſe ſemper abſolvendum. Signa autem ſunt vel rarius peccare , vel aliquis major dolor, immo & dolor ex vero animo conceptus, vel ipſum ſponte confiteri, in iis , qui non urgentur à Præceptore , Patre, Pedagogo, cõſuetudine Congregatorum, ad confitendum, &c. Tunc enim habetur ſignum emendationis; ſecus non item.

c *Laym. l.* 5. *tr* 6. *c* 4 *n* 10. & 11.

§. 5.

De publico Peccatore.

12 PVblicus peccator , ut concubinarius , debet propter ſcandalum prius ejicere concubinam antequam abſolvatur; ſicuti occultus propter occaſionem proximam. Sed in occulto poteſt *a* prudens Confeſ-

a *Laym. ib.* 1.